



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum id quod est a Deo diuersum in essentia, possit semper fuisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

Vna res ab alia per motum producitur. Res autem producta per motum in esse, prius esse incipit in principio quam in termino motus. Cum autem principium motus de necessitate terminum motus duratione procedat, quod necesse est propter motus successionem, nec possit esse motus principium, vel initium sine causa ad producendum mouentem, necesse est ut causa mouens ad aliquod producendum procedat duratione id, quod ab ea producitur. Vnde quod ab aliquo sine motu procedit, simul est duratio eius eo, quo procedit; sicut splendor in igne vel in sole. Nam splendor subito, et non successivus a corpore lucido procedit, cum illuminatio non sit motus, sed terminus motus. Relinquit ergo, quod in diuinis vbi oino motus locum non habet, procedens si simul duratio cum eo a quo procedit. Et adeo cum pater sit aeternus, filius & Spiritus sanctus ab eo procedentes sunt ei coeterni.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod si indigentia importet defectum vel carensiam eius, quo indigetur, quod semper est non indiget aliquo ad hoc quod sit. Si vero importet solum ordinem originis ad id a quo est, sic nihil prohibet id quod semper est aliquod indigere ad hoc quod sit, in quantum non a se ipso, sed ab alio esse habet.

A D S E C U N D U M dicendum, quod accipies aliquid non habet illud ante acceptancem, habet vero illud quodcumque accepit: vnde si ab aeterno accepit, ab aeterno habet.

A D T E R T U M dicendum, quod ratio illa procedit in generatione quam est per motum: quia quod mouetur ad esse, non est. Et pro tanto dicitur quod id quod generatur non est, sed quod est generatum est. Vnde non est aliud generari & generatum esse, ibi non oportet quod generatur aliquando non esse.

A D Q U A R T U M dicendum, quod illud quod habet esse ab alio, in se consideratus est non ens, si ipsum sit aliud quod ipsum est quod ab alio accepit. Si autem sit ipsum esse quod ab alio accepit, sic non potest in se consideratum esse non ens. Non autem potest in esse, considerari non ens: licet in eo quod est aliud quam esse considerari possit. Quod non est, potest aliquid habere permisum: non autem ipsum esse, ut Boetius dicit in libro de Hebreomadibus. Prima quidem conditio est creatura, sed secunda est conditio filii Dei.

A D Q U I N T U M dicendum, quod filius Dei non potest dici effectus: quia non est, sed generatus. Hoc non potest cuius esse est diversum a faciente. Vnde nec patre proprius loquendo causam filii dicimus, sed principium. Nec oportet omnem causam effectum duratio procedere, sed natura tantum: sicut patet in Sole & splendore.

ARTICVLVS XLI.

Vtrum quod est a Deo diversum in essentia, possit semper fuisse.

QUARTODECIMO queritur vtrum id quod est a Deo diversum in essentia, possit semper fuisse. Et videtur quod sic. Non enim est minor potestas causa productoris tota rei substantiam super effectum suum, quam causa productentis formam tantum: sed causa productus formam tantum, potest producere eam ab aeterno, si ab aeterno esset: quia splendor, qui gignitur ab igne arque diffunditur, coeterus est illi, & est coeternus, si igitur esset aeternus, ut Augustinus dicit in libro de Trinitate, ergo multo fortius Deus, qui producit totam rei substantiam, potest producere effectum sibi coeternum. Sed dices, quod est impossibile, quia sequitur inconveniens, scilicet

a licet quod creatura parificetur creatori in duratione.

¶ 2 Sed contra durationem quae non est tota simul, sed successiva, non potest aequiparari durationi quae est tota simul. Sed si mundus semper fuisse, eius duratione non semper tota simul esset: quia tempore mensuratur, ut et Boetius dicit in libro de consol. ergo adhuc Deus non aequiparare creatura in duratione.

¶ 3 Præt. Sicut diuina persona procedit a Deo sine motu: ita & creatura. Sed diuina persona potest esse Deo coetera a quo procedit, ergo similiter & creatura.

¶ 4 Præt. quod semper eodem modo se habet, semper potest idem facere. sed Deus semper eodem modo se habet ab aeterno, ergo ab aeterno potest idem facere. Si ergo aliquando produxit creaturam, & ab aeterno producere potuit. Sed dices, quod non ita procedit de agente per naturam: non autem de agente per voluntatem.

¶ 5 Contra. voluntas Dei non dirimit virtutem ipsius. Sed si non ageret per voluntatem, quereretur quod ab aeterno creaturam produxisset, ergo posito quod per voluntatem agat: non remouetur quin ab aeterno producere potuerit.

¶ 6 Præt. Si Deus in aliquo tempore vel instanti creaturam produxit, & eius potentia non est augmentata: potuit etiam ante illud tempus vel istans creaturam producere, & eadem ratione ante illud, & sic in infinitum, ergo potuit ab aeterno producere.

¶ 7 Præt. plus potest facere Deus, quam humanus intellectus possit intelligere: propter quod dicitur in libro de spiritu sancto: Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Sed Platonici intellexerunt aliquid esse factum a Deo, quod tamen semper fuit, vnde Augustinus dicit in libro de ciuitate Dei: de mundo, & de his quos in mundo Deos a Deo factos scribit Plato, apertissime dicit eos esse cepisse, & habere initium: finem tamen non habituros, sed per conditoris potentissimam voluntatem perhabet in aeternum esse manuros: verum id quomodo intelligatur, Platonici inuenierunt non esse hoc, videbant temporis, sed institutionis initium: Sicut enim inquit si pes ab aeternitate fuisse in puluere, semper subiectus vestigium: quod tamen a calcante factum nemo dubitarer, licet mensus semper fuit semper existente qui fecit: & tamen factus est, ergo Deus potuit facere aliquid quod semper fuerit.

¶ 8 Præt. quicquid non est contra rationem creature Deus potest in creaturam facere, alias non est omnipo-tens: sed semper fuisse non est contra rationem creature in quantum est facta, alias id est dicere creaturam semper fuisse, & facta non esse: quod patet esse falsum.

Nam Augustinus in libro de ciuitate Dei, distinguunt duas opiniones: quarum una est quod mundus ita fuerit semper, & non sit a Deo factus. Alia est quod ita mundus sit semper, quod tamen a Deo sit factus, ergo Deus hoc potest facere, quod aliquid ab eo factum sit semper.

¶ 9 Præt. Sicut natura statim potest producere effectum suum, ita & agens voluntarium non impeditum: sed Deus est agens voluntarium quod impedi non potest. ergo creatura quae per eius voluntatem producuntur in esse, ab aeterno produci potuerunt: sicut & filius qui naturaliter a patre procedit.

S E D C O N T R A est quod Augustinus dicit. 8. super Genes ad literam. Quia omnino incommutabilis est illa natura trinitatis, ob hoc ita est aeterna, ut ei aliquod coeternum esse non possit.

¶ 10 Præt. Dam. dicit in primo libro quod ex non ente ad esse deducitur, non est aptum natum esse coeternum ei quod sine principio, & semper est. Sed creatura de non esse ad esse producitur. ergo non potest fuisse semper.

Quod dicitur. S. Thomas. D 3. Præt.

Lib. 5. propositum ultimum.

Lib. 10. c. 1. r. circa medie tomus.

Lib. 10. c. 4. & lib. 10. c. 31. tomus.

QVÆST. III. DE CREATONE. ARTIC. XIII.

¶ 3 Præt. Omne æternum est invariabile. Sed creatu-

ranō potest esse invariabilis, quia si sibi relinqueret-

ur, in nihilū decideret, ergo nō potest esse æternū.

¶ 4 Præt. Nihil quod depèdet ab alio est necessariū,

& per conféquens nec æternū, cum omne æternū,

sit necessarium. Sed omne quod est factū, depèdet

ab alio: ergo nullum factū potest esse æternū.

¶ 5 Præt. Si Deus ab æterno producere potuit crea-

turā, ab æterno produxit: quia secundū Philosophū

in 3. Phys. In sempiternis nō differt esse & posse. Sed

ponere creaturā ab æterno fuisse productā, est con-

tra fidem. ergo & ponere quod produci potuerit.

¶ 6 Præt. Voluntas sapientis nō differt facere, quod

intendit, si pōt, nisi propter aliquam rationem. Sed

non potest reddi: tō quare Deus tunc mundum fe-

cerit, & nō prius uel ab æterno si ab æterno fieri po-

tuit: ergo videtur quod ab æterno fieri non potuit.

¶ 7 Præt. Si creatura est facta, aut ex nihilo, aut ex ali-

quo. Sed non ex aliquo: quia uel ex aliquo quod est

diuina essentia, quod est impossibile: uel ex aliquo

allo. Quod si non esset factū, erit aliquid præter

Deum non ab ipso creatū, quod supra est improba-

tum. Quod si est factū ex allo, aut procedetur in-

finitem: quod est impossibile, aut deuenitur ad ali-

quid quod est factū de nihilo. Impossibile autem

est, quod sit ex nihilo, semper fuisse. ergo impossibi-

le est creaturam semper fuisse.

¶ 8 Præt. De ratione æterni est nō habere principiū:

de ratione uero creatura est habere principiū. ergo

nulla creatura potest esse æterna.

¶ 9 Præt. Creatura mēsuratur tempore uel æuo. Sed

æuum & tempus differunt ab æternitate. ergo crea-

tura non potest esse æterna.

¶ 10 Præt. Si aliquid est creatum, oportet dare ali-

quod inflans in quo creatum fuerit: Sed ante id nō

fuit, ergo oportet dicere creaturam non sp. fuisse.

RESPON. Dicendum, quod secundum Philosophum in 5. Meta. possibile dicitur quandoque qui-

dem secundum aliquam potentiam, quandoque ve-

ro secundum nullam potentiam: secundum poten-

tiam quidem, uel actiuam uel passiuam. Secundum

actiuam quidem, ut si dicamus possibile esse adi-

catori quod adificet: secundum passiuam uero, ut

si dicamus possibile esse ligno quod comburatur.

Dicitur autem & quandoque aliquid possibile, nō

secundum aliquam potentiam, sed uel metapho-

rice, sicut in geometris dicitur aliqua linea poten-

tia rationalis: quod prætermittatur ad præsens: vel

absolute, quando scilicet termini enunciacionis nul-

lam adiuicem repugnantiam habent. Econtrario

vero impossibile, quando sibi inuicem repugnant:

ut simili esse affirmationem & negationem impos-

sibile dicitur, non quia sit impossibile alicui agenti,

vel patienti, sed quia est secundum se impossibile:

ut pote sibi ipsi repugnans. Si ergo consideretur hoc

enunciabile, aliquid diuersum in substantia existēs

a Deo fuisse semper, non potest dici impossibile

secundum se, quasi sibi ipsi repugnans: hoc enim

quod est esse ab alio, non repugnat ei quod est es-

se semper, ut supra ostensum est: nisi quando ali-

quid ab alio procedit per motum, quod non inter-

uenit in processu rerum a Deo. Per hoc autem, q̄

additur, diuersum in substantia: similiter nulla re-

pugnanciam absolute loquendo datur intelligi ad id,

quod est semper fuisse. Si autem accepiamus pos-

sibile dictum secundum potentiam actiuam, tunc

in Deo non est potentia ab æterno cōsentiam alienam

Art. 5. Actiuas

tie. 1. 5. Met. ca. de

pote face li. 5. com. 17. 5. 3

Art. p̄ced.

F ase producendi. Si vero hoc ad potentiam passiuam referatur sic supposita catholica fidei veritate, dici non potest quod aliquid à Deo procedens in essentia diuersum, potuerit semper esse. Supponit fides catholica omne id quod est præter Deum, aliquando non fuisse. Sicut autem impossibile est quod possit aliquando fuisse, ita impossibile est quod ponitur aliquando non fuisse semper fuisse. Vnde & diciter a quibusdam quod hoc quidem est possibile ex parte Dei creantis, non autem ex parte essentia a Deo procedentis, per suppositionem contrarij, quam fides facit.

AD PRIMVM ergo Dicendum, q̄ ratio illa procedit ex parte potentia facientis, non autem ex parte facti: q̄ de facta sit suppositio aliquando non fuisse.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ etiam si creatura semper fuisse, non simpliciter Deo aequipararet, sed secundum quod enim imitaretur: quod non est inconveniens, vnde illa obviatio parum est efficax.

AD TERTIVM dicendum, q̄ in persona diuina non est aliquid quod supponatur aliquando non fuisse: sicut est in omni essentia aliena a Deo.

AD QUARTVM dicendum, q̄ obiectio procedit ex parte potentia facientis: qua nec etiam per voluntatem diminuitur, nisi quatenus ex arbitrio voluntatis diuina fuit, quod non semper fuit creatura. Vnde patet responsio ad 5.

AD SEXTVM dicendum, q̄ si ponatur ante quodcumq; tps. datum creaturam fuisse, saluatitur positio fidei: qua ponitur nihil præter Deum semper fuisse.

Non tamen saluatur si ponatur eam semper fuisse, vnde non est simile. Scendum est q̄ forma arguendis non valet. potest n. Deus quamlibet creaturam facere meliorem: non tamen potest facere infinitę bonitatis creaturam. Infinita n. bonitas ratione creaturam repugnat: non autem dereminata bonitas qualitatimque. Scendum etiam q̄ si dicitur, Deum potuisse facere mundum antequam fecerit: si hęc prioritas ad potentiam facientis referatur, indubitanter est verum, quia ab æterno affuit ei potentia facienti, eternitas vero tēpus creationis præcedit. Statim referatur ad esse facti, ita q̄ intelligat ante instas creationis mundi, tps. reale fuisse in quo potuerit fieri mundus, patet omnino esse falsum: quia ante mundum motus non fuit: vnde nec tps. possumus in imaginari aliquid tempus ante mundum: sicut alitudinem nel dimensiones alias extra celum, q̄ quē modū possumus dicere: & q̄ altius celū potest eleuare: & q̄ prius potuit facere, quia potuit facere & tempus diuinius, & alitudinem altiorē.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ Platonicī hoc intellexerūt, fidei ueritatē nō supponēdo, sed ab ea alieni.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ rō illa nō p̄bat nisi q̄ esse factū, & esse sp. nō hęat adiuicē repugnante fm se cōsiderata: vñ procedit de possibili absolute. K Ad NOVVM dicendum, quod ratio illa procedit de possibili ex parte potentia actiuā. Sed quia rationes oppositae concludere videntur quod secundum nullam considerationem sit possibile, ideo ad eas etiam est respondendum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ fm Boerium in fine de consolatione Phil. Et si mūdus sp. fuisse, nō est Deo coeterinus, eius n. duratio nō est tota finitum qđ ad eternitatis rōnē requirit. Est n. eternitas interminabilitate vñ tota simul & pfecta possit, ut ibidem dī. Tps. autē successio ex motu causatur, ut ex Philosophat in 4. Phys. vnde qđ mutabilitati subiacet,

bier, etiā si semper sit, eternum esse non potest. Et propter hoc Augu. dicit, quod invariabilis esten-
tia trinitatis nulla creatura cogitare esse potest.

AD SECUNDUM dicendum, quod Dāmāscē, lo-
quitur supposita fidei ueritate. Quod patet ex hoc,
quod dicit, quod ex nō esse ad esse deductum est, &c.

AD TERTIUM dicendum, quod variabilitas de
fui ratione excludit aeternitatem, non autem insi-
nitam durationem.

AD QUARTUM dicendum, quod id quod ab alio
dependet, numquam esse potest, nisi per influxum
eius a quo est. Quod si semper fuit, & ipsum sem-
per erit.

AD QUINTUM dicendum, quod non sequitur si
Deus aliquid potuit facere, quod illud fecerit, eo
quod est agens secundum voluntatem non secun-
dum necessitatem naturae. Quod autem dicitur, quod
in semper fuit non differt esse, & posse, intelligen-
dum est secundum potentiam passioam, non aut
secundum actuum. Potentia enim passiva actu
non coniuncta, corruptionis principiū est, & ideo
semper iustitia repugnat: effectus vero actus po-
tentiae actu nō existens, perfectionia causae agentis
præiudicium non afferit, maxime in causis volun-
tarioris. Effectus enim nō est perfectio potentiae actu-
ae, sicut forma potentiae passiu.

AD SEXTUM dicendum, quod circa productionem pri-
marū creaturarum intellectus nostrus rationem in-
uestigare non potest, co q̄ nō potest cōprehendere
re artem illam, qua sola est ratio, quod creature p̄-
dicta hunc habeant modum: vnde sicut non po-
test ratio reddi ab homine, quare cēsum est tamū
& non amplius, ita reddi nō potest ratio quare
mundus factus non fuit antea, cum tamē vtrum
que fuerit diuina potestati subiectum.

AD SEPTIMUM dicendum, quod primae creature nō
sunt productae ex aliquo, sed ex nihilo. Nō tñ opot-
ter ex ipsa rōne productionis, sed ex veritate quā
fides supponit, q̄ prīus nō fuerit, & postea in se-
prodiuerint, vñus enim sensus predicit locutionis
esse potest. In Ansel. in monologion, vt dicatur
creatura facta ex nihilo: quā nō est facta ex ali-
quo, vt negatio includat prepositionē, & nō inclu-
dat ab ea, ut sic negatio ordinē ad aliquid quem
prepositio importat, neget: nō aut prepositio im-
portat ordinem ad nihil. Si nero ordo ad nihil re-
maneat affirmatus, prepositione negationē inclu-
dente: nec adhuc oportet, q̄ creatura aliquā fuerit
nihil. Poteſt enim dici, sicut & Auic. dicit, q̄ nō
esse præcedat esse rei, non duracione: sed natura.
quia uidelicet si ipsa sibi relinqueretur, nihil esset:
esse uero solum ab alio habet. Quod enim est na-
tum alicui inesse ex seipso, naturaliter prius cōpe-
tit ei, co q̄ d non est ei natum inesse nisi ab alio.

AD OCTAVUM dicendum, quod de ratione eter-
ni est, non habere durationis principiū: de ra-
tione uero creationis habere principium originis,
non autem durationis: nissi accipiendo creationē,
ut accipit fides.

AD NONUM dicendum, quod cū ab aeterni-
tate differunt, non solum ratione principii duratio-
nis: sed et ratione successionis. Tempus enim in se
successiū est, quo uero successio adiungitur: prout
substantiae eterne sunt quantum ad aliquid varia-
biles, & si quantū ad aliquid non uariantur, prout
æuo mensurantur. Aeternitas uero nec successio-
nem continet, nec successionē adiungitur.

AD X. Dicendum, q̄ operatio qua Deus res pro-
ducit in esse: non sic est intelligenda, sicut operatio

A artificis qui facit arcā, & postea eam deserit: sed
q̄ Deus continue influat esse, ut Augu. dicit super
Genes. ad literam, unde non oportet assignare ali-
quod instans productionis rerum antequā produc-
tū non sint: nissi propter fidei suppositionem.

ib. 2. f. 10. 3. Lib. 4. c. 11. 4. & 3. cont. 11. 8. c. 12. & 10. 10. 3.

ARTICVLVS XV.

Vtrum res processerint à Deo per necessitatem naturae, vel
per arbitrium voluntatis.

Q Vintodecimo queritur. Vtrum res processerint à Deo per necessitatem naturae, vel per
arbitrium voluntatis:

¶ 1. Et uī, q̄ per necessitatem naturae. Dicit enim
Diony. 4. ca. de diu. no. Sicut noster Sol non ratio-
cinans, aut præciligens, sed per ipsum suum esse oīa
lumen eius participare ualentia illuminat, ita diuina
bonitas per essentiam suā omnib. existentib. pro-
portionaliter radios bonitatis immittit: sed Sol si-
ne electione, & rōne illuminās, hoc agit ex necessi-
tate naturae. ergo & Deus creaturas producit suam
bonitatē coicando per necessitatem naturae.

¶ 2. Prē. Oīs perfectionis naturae p̄fectio-
nē diuina naturae derivatur. Sed ad perfectionē na-
ture inferioris pertinet, q̄ sua uirtute aliquid simi-
le sibi faciat producendo effectum. ergo multo for-
tius Deus similitudinem sibi bonitatis creaturis cō-
municat naturaliter, & non voluntarie.

¶ 3. Prē. Omne agens agit sibi simile ergo sibi hoc
effectus agitur à causa agente, q̄ eius similitudinē
habet. Sed creatura habet similitudinem Dei quā-
tū ad ea, q̄ ad Dei naturā pertinet. s. quātū ad esse,
& bonitatem & unitatē, & alia hīmō, nō solum quātū
ad ea, q̄ sunt in uoluntate, vel in intellectu, sicut
artificiata sunt similia artifici quantū ad formā arti-
cis, non quantū ad naturā artificis, pp q̄ uoluntarie
& naturaliter ab artifice procedunt. ergo creature
procedunt à Deo per uirtutē naturae diuine, & nō
per uoluntatē. Sed dices, q̄ similitudinē naturaliū
attributorum cōicat creaturis diuina uoluntas.

¶ 4. Sed cōtra. Similitudo naturae cōicari non pōt,
nisi per uirtutē naturae. Sed uirtus naturae in nulla
re subiaceat uoluntati. Vnde & in Deo gñatio filij à
patre, que est naturalis non fit per imperiū uolun-
tatis, nec ē in hominib. uires animę vegetabiles, q̄
naturales dicuntur, uoluntati subduntur. ergo nō
potest esse, quod uoluntate diuina, similitudo na-
turalium attributorum creaturis communicetur.

¶ 5. Prē. Aug. dicit in li. de doctrina Christiana, q̄
quia Deus bonus est, sumus. Erta bonitas Dei ei-
se causa productionis creaturarū. Sed bonitas est
Deo naturalis. ergo & flux⁹ rerū à Deo ē naturalis.

¶ 6. Prē. In Deo idem est natura, & uoluntas. Si er-
go Deus producat res uoluntarie, sequetur, quod
producat eas naturaliter.

¶ 7. Prē. Necessestis naturae prouenit ex hoc, q̄ na-
tura immobiliter operatur idē, nissi impedimentū
eueniat. Sed maior est immutabilitas Dei, quam na-
ture inferioris. ergo magis ex necessitate Deus pro-
ducit effectum suum, quam natura inferior.

¶ 8. Prē. Opatio Dei est ei⁹ ei⁹ est. Sed ei⁹ est sua ē
ei naturales. ergo naturaliter operat q̄cūd opa-.

¶ 9. Prē. Secundum Philosoph. in 3. Ethic. Voluntas
est finis: elecio corum, que sunt ad finem. Sed in
Deo non est aliquis finis, cū sit infinitus. ergo nō
agit ex uoluntate: sed magis ex necessitate naturae.

¶ 10. Prē. De⁹ operat inquātū ē bon⁹, ut Aug. dicit.
Sed ipse ē bonū necessariū. ergo ex necessitate opa-

Quæst. dist. S. Thomæ. D 4 ¶ 11. Prē.

Lib. 4. c. 11. 1. p. q. 19. ar. 4. & 3. cont. 1. 9. & 4. c. 10. 1.

Ca. 4. in pri. illius.

Lib. 1. c. 32. in prin. 10. 4.

L. 3. c. 2. 4. 5.

L. 1. de do-
ctr. Christ.
c. 32. 10. 3.